1514. d. 16. Decembr—

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ Capitaneis, ut proclament Conventu—

131

Magfice sincere nobis dilecte—

Necessitate Reipblicæ, ac magno et inevita-
bili periculo, poscente, celebrabimus Deo
volente Conventum Generalem Cracoviæ
Die Dominico Septuagesimæ, proximé futu-
ro. Volumus autem, ut propter Nuntiorum
electionem, Particularis Conventio, more
solito, Ipso Dié Conversionis Sti Pauli, in Pros-
zevice celebretur, et minor Generalis in No-
va Civitate Korczyn, secunda Feria, ante
Festum Purificationis Gloriosæ Virginis.
Ut autem Dies et tempora, celebrandarum
præfatarum Conventionum, nemini ex No-
bilitate incognita sint, Mandamus tuæ
Sti, ut proclamationibus Publicis, tempo-
ribus Debitis, et congruentibus, in suo Capi-
taneatu istud patefieri procures. Sic factu-
ra pro gratia nostra — Datm Vilnæ. Die
Decima Sexta Mensis Decembris, Anno Domi-
ni Millesimo Quingentesimo Decimo Quarto—